UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LIX. Thezauros Eccl[es]i[a]e. S. Laure[n]tius/ dixit esse paup[er]es eccl[es]i[a]e/ sed locutus e[st] vsu vocabuli suo t[e]mp[or]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

pœnaꝝ remiſſionē, non tm̄ Canonicaꝝ, cum non ſit maius damnū q̄ꝫ tolli imaginē filiȷ̄ dei ab hominibus, & eos ſpoliare theſauris inæſtimabilibꝰ, de quibꝰ, S. Hagnes, iucūda & beata iactātia ſupbiebat, appellans eos, vernātes, choruſcātes gemmas, ac ornamenta, monilia precioſa &c̄.

¶ CON: LIX.

Thezauros Eccl'ię. S. Laurētius/ dixit eſſe paupes eccl'ię/ ſed locutus ē vſu vocabuli ſuo tpe.

Patet ſatis ȷ̄s, qui legendā. S. Laurentȷ̄ viderūt, deinde, nō eſt nūc vſus vocabuli, vt Thezauros Eccl'ię, vocent homines pauperes, Sed patrimoniū Chriſti. &. S. Petri appellamus, qđ palea quedā, ſine tn̄ grano Conſtātini, dedit eccl'ię, Ideo & pſ. ȷ̄. vbi deus dicit Chro, Poſtula a me & dabo tibi gentes in hęreditatē, & poſſeſſionē tuā terminos terrę, intelligi oportet oppida & agros ab oriente in occidentē, Alioquin nr̄o tpe ſiquis loquatur aliter de rebus eccl'ię, & ſpūalibus, erit barbarus nobis, licet &. B. Laurentius facultates eccleſię dixerit, diuitias, ſed non ſolas.

¶ CON: LX.

Sine temeritate dicimꝰ/ Claues Eccl'ię (merito Chri donatas) eſſe thezaurū iſtum.

Si iſtud meritū vocatur, & theſaurus indulgentiaꝝ, ſcz, ptās Clauiū, plana eſt intelligētia, Nullus enim dubitat, quin merito Chri donatū ſit eccl'ię, quicquid donatū eſt.

¶ CON: LXI.

Clarū ē enī/ q̄ ad remiſſionē pœnaꝝ/ & caſuum/ ſola ſufficit poteſtas Papę.

Probatur ex ipō ſtilo Papę, dū nūq̄ meminit meritorum Chri in ligando aut ſoluendo, ſed tātūmodo dicit de plenitudine ptātis, ex certa ſcientia, & motu ꝓprio.

Secūdo, ex cōmuni oim ſnia ꝓbantiū, indulgētias, virtute illius verbi donari, vbi Chriſtus dicit, Quodcūq; ſolueris &c̄. Quod verbū putant ſine vigore eſſe, niſi poteſtatem donādi permitteret, Quare & ipſi ſolam ptātem intelligunt ſufficere, nulla aūt auctoritate ꝓbant theſaurū, ſed hāc auctoritatē velut ſufficientē adducūt, quę tn̄ ſonat nudam poteſtatem, non aūt applicationē meritoꝝ.